

Mel constat ex principio dulci, viscido manifeso; & acri volatili latente. Ab Acredine detergit, & siccatur. A Visciditate digerit, & sanat. Zwelferus Mellis depurationem per violentas cocturas maximè improbat, solam simplicem per manicam Hippocratis colaturam, in loco moderatè calido, admittit, & laudat. Ita sine omni coctione aut despumatione, Mel purissimum, suo inesse naturali durabile, propriisque virtutibus prægnans, asservari posse ac deberi affirmat.

Si verò multùm coquatur, exinde fiet, ut Cera & Propolis illi intimius permisceantur, nunquam post à Melle amplius ex toto separabilia, quin impuritas maxima, ingratusque sapor & odor, Melli impressa, maneant tenaciter, de cies licet clarificetur.

Atque asserit totam Mellis substantiam in bul las & nihilum tandem abire posse (præcipue superinfusâ saepius aquâ) si immoderatè & saepius decoquatur.

*Hydromel de Symphyto.*

R. Rad. Symph. maj. 3ij. Herb. Plantag. M. ii. Sem. Papav. alb. Hyoscy à 3ij. Coq. in Aq. Hord. depur. Ibjij ad 3xxvij. Col. distill. Messis 3iv. Sacch. Saturni. gr. xxiv. Cùm refrixerit adde Album. Ovor. conquaſs. No. iv. Optimè commis ceantur.

Ad Hæmorrhagias quascumque dentur 3iv. pro dosi.

*Infusi Amari Ibjiv.*

R. Aq. destill. Ibjiv. Spir. Vini Ibjss. Sal. Tart. gr. 32. Rad. Gent. 3ijj. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. à 3vj. Infunde in Balneo 12. horas & col.

Propinare soleo vel per se; vel cum Vino Amaro ad hunc modum.

R. In-

R. Infusi & Vini Amari à ibis. vel.

R. Infusi Amari 3xij. & Vini Amari 3iv. m.

Dos. Cochl. vj. vel viij. bis de die.

*Infus. Amar. Chalybeati ibiv.*

R. Aq. Lact. Alexit. Ibis. Ment. Gent. Comp. Lumbric. Magist. à 3iv. Rad. Gent. Div. Summit. Card. ben. Centaur. min. Fl. Chamæm. à 3vij. Infunde calidè per noctem. Col. ibij. adde Vini Chalyb. ibij. m.

*Infus. Antihelminticum.*

R. Sem. Santon. contus. 3ss. Aq. Ment. 3iv. Gent. Comp. Cinnam. a3ij. Infunde calidè hor. j. Col. adde Syr. è Cich. cum Rhab. 3ij. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. m.

Sumat Puer cochl. ij. bis in die per tres dies ; deinde propinetur Catharticum.

Quoniam Pueri Amara non admittunt, Instrumento, quo os divaricatur, (supinis fasciola ipsiis violenter detentis, ore distento) per Clysteridium quodpiam (fistulâ non fragili munitum) invitatis, Amara quanto plus fieri potest intimius transmissâ injiciamus, inquit Ægineta lib. 4. cap. 57. p. 384.

*Infusum Araldinum.*

R. Herb. Digital. Herb. Polypod. querc. a3iv. Concis. & in ollam fictilem invitreatam connectis affunde Aq. font. ad trium digitorum transversorum supereminentiam Deinde vase bene clauso macerentur remissò calore per integrum diem : & coletur cum levi expressione, ut liquor perfet Cerevisæ colore limpidus.

Ad Morbos Convulsivos percurandos, dentur vesp. & manè, Adultis cochl. v. & Infantibus cochl. j.

*Infusum Arthriticum.*

R. Chamaepit. sicc. contus. 3j. Flor. Lavend. sicc. Theriacæ Venet. à 3fs. Vini rub. generosi tbij. Macera duas horas super prunas carentes, & col.

Ad Affectum à Ventriculo depellendum propinetur tbfs. & repetatur dosis, quoties praesenti Medico visum fuerit.

*Infusæ Cardiaci tbj.*

R. Conf. Ros. rub. 3j. Conf. flor. Borag. 3ij. Cort. Citri cond. 3vj. Affunde Aq. Borag. 3ix. Aq. Ulmar. 3ij. Aq. Ros. Dam. 3ij. Misce diligenter in mortario marmoreo; macera frigide horam unam; & col. adde Succi Chermes 3fs. Succi Limon. 3j. Syr. è Rubo Ideao 3fs. Trajice per manicam Hippoc. & f. liquor. clarus.

Sanguinis nimis inflammabilis fervores & impetus restrinquit, & sedat; simulque Spiritus atrabiliaria nube obsuscatos, & depresso, clarificat, & levat. Solatum affert gratum Febri ardente, Affectu Hypochondriaco, & Melancholico laborantibus. Bibat patiens 3iv. ter de die.

*Infusæ Cephalici tbijss.*

R. Sterc. Pavon. albi 3iv. Millep. contus. 3j. Aq. Ceras. nig. Vini albi à tbifs. Infunde 24. horas frigide; col. per manicam clarificatae adde Aq. Langii 3ij. Sp. Lavend. comp. 3is. Ol. Nuc. Mosc. gut. iij. Syr. Paeon. comp. 3vj. m.

Cerebri meatus, feculentis obstipatos, & impeditos, referat; ejusque Tonum flacidum, & conniventem, roborat. Spiritus animales, copulâ heterogeneâ onustos, & irritatos, defaciat; eosque imbecilles, & nutantes, reficit. Capitis demum nubila & tenebras discutit; illique ſudum ſerenum & claritatem feliciter conciliat. Ut-

Utimur ergò auspicato ad Idiopathicum Capitis Dolorem; Vertiginem; & Scotomiam; exhibendo scilicet ʒiv. manē & ferō.

*Infusi Chamæmeli ibij.*

R. Aq. destill. ibij. Spir. Vini ʒiv. Sal. Tart. ʒij. Flor. Chamæm. contus. ʒij. Infunde super cineres f.a. & cola.

Vide Decoct. Febrif. Amar.

*Infus. Colicum.*

R. Rad. Zedoar. Contus. ʒij. Vini Camar. Spir. Vini com. ʒibfs. Macera leni tempore 12. horas. Col. adde Ol. Junip. gut. xvij. Ol. Garyoph. gut. iv. Sacch. albi ʒj. m.

*Infus. Epilept. ibij.*

R. Visc. arbor. concif. & contul. ʒiv. Succi Rutæ ʒj. Spir. Vini com. ʒiv. Aq. font. ʒxxvij. Sal. Tart. ʒj. Infunde leni tempore 12. horas: col. per subfd. depur. adde Syr. Pæon ʒiv. m.

*Infusum Hispanicum.*

R. Aq. font. ibij. Sal. Tart. ʒfs. Croci (minutim forcipibus consicissi) ʒfs. Succi Glycyrrhizæ Hispan. (in tenues lamellas redacti) ʒj. Diger calidè, & clause, 24. horas, & col.

Edulcorat, maturat, incidit, expectorat. In Defluxione tenui, è Gulæ Glandulis transudante, vesperi præcipue repetente, & molefissima Tussi vexante, proponetur ibfs. frigidè singulis noctibus lectum ingressuro. In Tussi verò Pectorali, quæ vel à lympha acri in Pulmonum Bronchia, aut Appendices lobulares, perpetim suffusa, vel à materia crastla ibidem deposita, obstruente, & aggravante, natales ducit; ʒiv. calidissime absorbeantur Aurorâ & Vesperi quotidie. In Febricula Catarrhalis, cum horripilatiibus, & æstibus, se mutuò excipientibus, &

vagè recurrentibus ; Capitis hebetudine ; Oculorum rubore ; Aurium tinnitum ; & copiosa tenui Narium Destillatione, stipata ; pitifsetur calidè (instar *Coffee*) frequenti repetitione ad libitum ; frigus interim curiosè cavendo.

*Infusi Purgantis* ibi.

R. Sennæ ʒj. Tart. albi. pul. ʒfs. Aq. flor. Sam. buci, Vini albi añ lbs. Infunde tepidè & clausé in vase vitro (non autem æneo) xij. horas ; col. claræ ʒxij. adde Syr. è Cich. cum Rhab. ʒiv. Ol. Anisi, & Ol. Nuc. Mosc. añ gut. ij. m.

Senna (inquit Sylvius) blandum est medicamentum, si aut in substantia, aut Infuso exhibeat, non autem, si decoquatur : tunc enim tormina folet producere ; præsertim iis, qui humoribus scatent Austeris, aut Acidis. Hoc Infusum tam Pueris, quād Adultis (mutata tantum, pro ætatis ratione, dosi) benè convenit : benignissimè enim, & tamen efficacissimè, operatur. Sin verò ulteriori adhuc instimulo opus fuerit, grana aliquot Scammonii Sulphurati singularis dolibus possum adjici. Adultis communiter ʒiv. vel ʒv. exhibeantur. Atque hinc dosis junioribus proportionata facilè supputari potest.

*Infusi Referantis* ibij.

R. Fol. Ficus virent. ʒj. Rad. Bellid. min. ʒvj. Rad. Contray ʒij. Aq. font. ibij. Spir. Vini com. ʒij. Sal. Tart. ʒj. f. Infus. calida & clausa f. a. Col. edulc. Sacch. q. s.

Ad Sanguinis compaginem nimis strictam referandam.

*Infusum Rhabarbari Compositum.*

R. Rhabar. ʒij. Mirobalan. citr. ʒj. Sal. Absinth. gr. xv. Aq. Plantag. & Aq. Cinnam. fort. añ ʒij. Infunde tepidè & clausé per noctem ; col. ad-

adde Ol. Anisi gut. j. Syr. Ros. Sol. ȝfs. vel ȝvij.  
m.

Aliquando ad hunc modum præscribo.

R. Rhab. incif. ȝij. Sp. Vini ȝfs. Aq. Cinnam.  
ȝj. Infunde horamj. super prunas carentes; col.  
adde Syr. Ros. Sol. ȝj. Ol. Nuc. Mosc. gut. j. Pil.  
Rhab. ȝfs. m.

Materiam Intestina lacesſentem evacuat; Tor-  
mina compescit; Flatus dissipat; Viscera robo-  
rat; eorum lubricitatem corrigit; Tonumque  
stabilit; atque ita omnibus instruitur requisitis  
ad Diarrhoeam ritè & rationabiliter fistendam,  
& curandam.

#### *Infusum Rosatum.*

R. Conf. Ros. rub. ȝiv. Ol. Sulph. gut. 48. (vel  
q. f. ad idoneam aciditatem) Aq. font. ȝbij. Mace-  
rentur calidè in vase vitreato per noctem, & col.  
per Manicam.

Idem facit, ac Tinctura Rosarum; nempe San-  
guinem ardentem refrigerat æstuantem cohibet;  
acrem corrigit; attenuatum incrassat; Bilem tem-  
perat; Sitim explet; Ventriculum reficit; Ap-  
petitum restaurat; & moderate astringit. Julia-  
pium est satis gratum, & utile in Febribus ar-  
dentibus, & malignis; in Hæmorrhagia narium;  
Hæmoptysi; Vomitu cruento; Diarrœa bilio-  
sa; Dysenteriâ; Mensium fluxu; Picâ; & Abor-  
tus periculo. Dentur ȝiv.

Eodem modo paratur Infusum Lujulatum,  
aut Violatum, ex Conserv. ȝiv. & Aq. font. ȝbij.  
Contra Æstum Ventriculi, & Sitim in Febrî-  
bus.

#### *Infusum Rosatum Comp.*

R. Flor. Ros. rub. sicc. Flor. Balaust. ȝ ȝij. Cort  
Querc. ȝfs. Aq. font. ȝbij. Infunde calidè xij. ho

176 ras; col. adde Aq. Cinnam. hord. 3iv. Sacch. albi  
3ij. Ol. Nuc. Motch. gut. ij. m.

Potenter astringit; ideoque conduit in Diarrhoea, & Hæmoptysi; sed quoniam damnosè ab imperitis, aut incogitantibus, usurpari poterit; duas hic, obseruat dignas, lubens adjiciam Cautiones.

Primò, In Alvi fluxu symptomatico, si Febris acuta morbus sit primarius; tutius est exquisitus Alexiphormacis arduum hoc negotium aggredi, quam perperam adhibitis Astringentibus, & Opiatis, humores malignos concentrare, Sanguinis depurationem inhibere; Spiritusque vaillantes dejicere.

Secundò in Hæmoptysi, postquam jam actu fistitur Sanguinis eruptio; dum Cruor grumofus, aut Sanguis extravasatus Pulmonibus restat; pessimè audiunt Astringentia; quatenus nempè Excretionem impedian; Suffocationes, Anhelitus interceptionem; Febres vehementissimas; inflammations partis; & subinde Mortem accersant. Dos. 3ij. vel 3iv. repetendo donec Intentioni satisfiat.

*Infusi Rubri 3vij.*

R. Diascord. 3is. Coccinel. 3ij. Garyoph. 3ij.  
Vini rub. Lisbonensis 3vi. Cinnam. 3ij. Stent. 2.  
horas (obturato vase) super cineres calidos.  
Col. adde Syr. Cydon. (vel de Mecon.) 3is. m.

Pro duabus dosibus contra Diarrhoeam.

*Infusi Styptici ibij.*

R. Rad. Urticæ urentis 3iv. Sal. Prunel. 3ss.  
Succi Urticæ 3ij. Aq. font. ibij. f. Infusio calida  
12. horas; Col. adde Syr. Alth. (vel de Mecon.)  
3iv. m.

*Infusis*

*Infusi Traumatici fibij.*

R. Caulium virid. Solani lignosi concis. ʒ iv.  
Coccinel. Əj. Vini albi fibij. Infunde calide, &  
clausé, per noctem; col. adde Syr. Hed. terrest.  
ʒ iv. Ther. Ven. ʒ ss. m.

Singulare est experimentum ad Casum ab alto, & Contusionem: Cruorem quippe extravatum, & grumescentem, mirifice dissolvit; in massam fanguinis circulantis denuò propellit; atque illinc partim per Diaphoresin; partim per Diuresin; partimque nonnunquam per Catharsin, exterminalat. Tam potenter, & specificè operatur, ut aliquando (non sine stupore) notavi Urinam, ab hujus usu, reddi (propter grumos solutos, absortos, & Sero commistos) plane nigricantem. Aflumantur ʒ vj. bis, vel ʒ iv. ter in die.

*Infus. Urticæ.*

R. Rad. Urticæ recent. ʒ iv. Herb. Urticæ ʒ ij.  
Semi. Urticæ, Dauci sylv. Anisi, Cymini añ ʒ ss.  
Aq. calentis fibiv. f. Infus. calida in furno xij.  
horas. Liquoris (colati, & per decidentiam à crassamento liberati) ʒ xxvij. dissolve Gum. Arab.  
ʒ ij. Alum. crudi gr. xxxij. Syr. Boyl. (vel Dia-  
cod.) ʒ iv. m.

Contra Urinam cruentam, atque Renum &  
Vesicæ Ulcera, propin. ʒ iv. pro dosi.

*Infus. Zedoar. Comp.*

R. Rad. Zedoar. Cal. Aromat. a ʒ ss. Sem. Ca-  
rui, Fenic. d. añ. ʒ ij. Nuc. Mosc. Cardamonii,  
Croci añ ʒ j. Garyoph. Gran. Parad. a ʒ ss. Aq. Lact.  
Alexit. fibj. Aq. Ment. fibss. Aq. Cinnam. ʒ iv. Aq.  
Gent. comp. Absint. comp. añ ʒ ij. Macerentur in  
calore Hypocauti per diem naturalem; col. ad-  
de Spir. Lavend. comp. Spir. Sal. Armon. añ ʒ jj.  
m.

Stomachicum, & Cephalicum est. Valet contra Colicam Piertonum ; Affectionem Arthriticam à Ventriculo & Intestinis expellit.

*Injectio Armoniaca.*

R. Aq. Calc. lib. Sal. Armon. crudi ʒ s. m.

A Gallo quodam Profugo accepi , qui vires ejus , & laudes (pro more istius Gentis) gloriofissime cantavit : Atque; re verâ, in rebellibus, putridis, tetris, & valde humidis Ulceribus, multum valere credibile est; quatenus scilicet Sordes virosas detergat ; Fermentum Sylvestre corrigat ; affluxum Lymphæ acrioris refrænet ; Carnisq; Spongiosæ, & luxuriantis generationem prohibeat.

*Injectio Vitriolica.*

R. Aq. Plantag. & Sperm. Ranar. ʒ 3j. Aq. Ros. rub. ʒ ij. Sacch. Saturni gr. xij. Vitrioli albi gr. viij. Troch. alb. Rhaf. 9j. m.

Ad eosdem cum priori collimat scopos : non tam potenter verò Detergit : sed mitius est remedium; atque; ad Ulcerum Inflammationes fedandas ; Dolores mitigandos; & Humores siccandos specialius dicatum.

Atque; hic non importunum, nedum inutile opus esse duco , ut persiringatur quorundam mala praxis, qui in curanda Gonorrhœa, Purgatione sufficienti neglectâ, ad Injectiones Astringentes se conferunt : Observatione enim plus fatigantibus (inquit Sydenham) certò deprehendi, materiam, quæ eliminanda fuit, Astringentium vi , in corpore detentam, maximum ægris dedisse malum; ex quo persæpè Sanguinis massam de novo subiens , ipsam demum Luem parit : & Gonorrhœa, quæ Paulo ante evanescat, demum in conspectum prodit.